

Distinctio septima.

De sancta Maria.

Ite de episcopo Theoderico q̄ per ipsam Colonie in antistitē est promotus.eiusq; nutu depositus.c.xli. **O** scolari Coloniensi quem sancta Maria in somnijs corripuit.cū ordinī malediceret.c.xliij. **O** pena Bibo domis et sociorum eius ob iniuriam beate virginis.c.xliij. **O** pena lisoris qui blasphemauit sanctam Mariam.c.xliij. **T**em de pena cuiusdam matrone de veldenze que de ymagine sancte Marie stulte loquebatur.c.xly. **T**em da alia matrona que filias a lupo raptas per ymaginem recepit.c.xlvij. **O** ymagine sancte Marie in yesse.c.xlvij. **O** monacho medico cui sancta Maria in choro electuarium suum primo negauit et postea emendato donauit.c.xlvij. **O** sanctimoniali cuius tybiaz lesam sancta Maria in visione perunxit et sanauit.c.xlvij. **O** incluso qui per aue Maria sensit miram dulcedinem.c.li. **O** monacho quem sancta Maria deosculabatur ante mortem.c.li. **O** Hermanno conuerso pro quo defatigato sancta Maria horam cantauit et finem predixit.c.lij. **O** Pauone conuerso qui sanctam Mariam in fine vidit.c.lij. **T**em de sanctimoniali cui morienti apparuit.c.liij. **T**em de Wernerio monacho cui in extremo subuenit cum a demonibus terreretur.c.lv. **T**em de canonico Coloniensi cui in fine se ostendit.c.lvi. **O** Simone crucifixato quem sancta Maria morientem consolata est.c.lvij. **O** milite de collato qui per eam evasit gehennam.c.lvij. **T**em de latrone quem de collatz sepeliri iussit in ecclesia.c.lx. **O** monacho qui ordinem Cisterciensem sub eius pallio vidit in regno celorum.c.lx.

Incipit distinctio septima.

Capitulum primum.

Cesarius.

Iohannes in Apocalipsi vidit mulierem amictam sole et lunam sub pedibus eius et coronam duodecim stellarum in capite ei^z atq; in utero habentem q̄ se clamabat parturiens et cruciabat ut pareret et cetera. Mulier hec per Iohānem visa virgo est sancta. Maria sole lucidior fulgore caritatis. luna superior id est mundo ex cōtempetu glorie secularis. omnium virtutum stellis tanq; dyademate geminata corōata et quod illis dignius ē diuino partu secundata. Hanc designat per exemplum mons. castellum. aula. templum. thalamus. et ciuitas. palma. cedrus. vitis. rosa. et cum istis innumerosa nominum. nobilitas. Miror in huius gloriose virginis designatione virgam floridam

Distinctio septima.

Descr. Maris.

et nubis iter flamas vrētē. vellus madidū. Hedeōis. thronū eburneū. ac
deauratū Salomōis. fōtē signatū. ortū clausū et alia q̄ plurima. que bre
uicari. studio s̄f omitteda. Hic eiz i creatur. vniuersis matre creatoris nil
est sanctius. nil dignius. nil precellentius. ita ei⁹ visione nulla sanctoz vi
sio dignior. nulla socundior. nulla eminentior. Cuius preces ut quidā ait
vitia. cui⁹ nomē tristia. cuius odor lilja. et cuius vincunt labia fauū i dul
cedine Super nutem sapida. et super niuem candida. super rosam rosci
da. super lunam lucida viri solis lumine. **A**pollonius. Beati vero et
ter beati qui tante virginis visione digni habiti fuerint letificari. et sermo
ne socundari. ōoe solari. bñdictione affirmari. **C**esarius. Hoc pleni⁹
nosces p̄ exēpla. Nudisti iā ex pte figurā et enigmata. vis nūc scire q̄lia
et quāta mūdus per ipsa p̄sequatur bñficia? **A**pollonius. Nihil plus
satio. **C**esari⁹. Ipsa est orbis seruatrix. et tribulatoruz solatrix. sita
sibi famulatū defensatrix. Per ipsā p̄tōres illuminātur. desperati ad cō
fessionē reparātur. apostate a deo per ipsā deo mirabiliter recōciliāt. iu
sti reuelationib⁹ solātur. Nomen ei⁹ et memoriale eius morbos sanat
demones fugat. vincula soluit. timores pellit. tentatiōes compescit. Per
ipsā pusillanimes cōfortantur. torpētes excitātur. electi autē misericordi
ter reuocant. Diligentes se diligit. ymo diligendo preuenit et honorat
et cōtemnentes se. qz iusta ē. punit et humiliat. Apud ipsā electuaria. sūt
cōfortatiua. vnguenta sanatiua. Nomen eius super mel dulce. et heredi
tas eius super mel et fauum. Morientibus assistit. et mortuoruz aias ad
vitā p̄ducit eternam. **A**pollonius. Licet omnia hec credam de illa. vel
lem tamen mihi eadez exemplis delucidari. **C**esarius. Que a viris au
diui religiosis tibi referam. ipsius ut spero ōoe adiutus. Qx ho mūd⁹
eius meritis precibusq̄ cōseruetur.

Capitulum. ii.

Hec hos annos. quando validi illi fuere vēti atq̄ tonitrua. quo
rum mentionem feci in distinctione quarta. capitulo vicesimo pri
mo. cum in quadaz ecclēsia prouincie nostre populus staret. et di
uina sacerdos celebraret. ymagō dei genitricis tam vehementer sudare
cepit ut astantes norarent et mirarentur. atq̄ ipse sudoruz gutte peplos
matronarum extergerentur. **N**atu dei obſessus eadem hora affuit.
requitus de causa hoc respondit. Quid statis ammirantes? Filius Ma
rie manum extenderat ad ferendum. Quam si non ipsa tenuisset mun
dus iam minime subsisteret. **E**cce hec est causa sudoris. **E**t territi
sunt omnes audientes verba tam stupida. **H**ec mihi relata sunt
a quodam abbate religioso ordinis nostri. tūc temporis recenter gesta.

Distinctio septima.

De sancta Maria.

Duuo post hec emenso tēpore. āno videlicet gratie
M. cc. xvij. mare in prib' frisię termios suos egre **Cap. sis.**
Dies multaz puinciaz terras occupauit villas deleuit. ecclesias
as lapides deiecit. tāta extiguēs hōiz multitudinē. vt sūma cētu3 milia
transcederet. Ita exaltati sūt fluctus ei'. vt turriū altitudines operire vi
deretur. q̄ pcella pcellā impellēs generale diluuiū minare. Et sicut di
ctum fuit abbi nostro. cū eodē anno visitationis grā frīhā intrasset. fluctus
furētes etiā vslqz Coloniā puenissent. si nō is q̄ eos excitauerat. genitric.
sue vt postea dicetur p̄cibus cōpescuisse. **Apollonij.** Mosti cām tante
plage! **Cesarius** Noui. friso quidam arte pugil in eadē puincia extitit
qui quotiēs de taberna ebrius rediit. totiēs vrorē verberibus & plagiis
satis tribulauit. Tēpore quodā timore mariti infirmitatē simulans. ne si
mulatio eadē posset notari. corpus domini sibi dari postulauit. Veniēti
sacerdoti pugil cū cipho ceruise ebri' occurrēs bibere monuit. Et cū ille
responderet. corpus dñi porto. nō modo bibam. irat' friso cū cipho Pi
xidez pcessit. & oēs hostias de illa excussit ita vt per pauimentum disp̄ge
rentur Matrōe vero q̄ cōsolationis gratia ouenerāt. sup singulas hosti
as tanq̄ stellas radiates viderūt. Quas sacerdos gemēs ac dolēs i pi
xidez recollectit et abiit. Friso vero a decano puincie citatus excōicat' ē.
sed nō curauit. Qui tādem ad hoc oplusus est vt cruce pro tanto sacri
legio signat'. cū iam dicto sacerdote etiā cruce signato venirz Romaz
Qui dñs Honorij Papa culpā offitēti p pēnitēti iniurit. vt mare trāsiret
ibiqz trib' ānis i armis xpo seruiret. Quid plura! Mare trāsierūt ābo. et
ante Damiatā mortui sūt ambo. Quib' defūctis. cū āno eodē dñs puin
ciā terribilitē vt supradictū ē plagazz. et causa plage p̄lū lateret matro
ne cui dā valde religiose dñō in iejunij. oratiōib'. vigilij. & elemosinis
seruienti. materterē videlicz dñi Winiboldi abbis sācti Bernardi. beata
dei genitrix lacrimis eius mota. populqz miserta appārēs sic ait Prop̄
iniuriam filij mei i sacramentū corporis eius scām. submersa est Frisia. &
adhuc amplius plagabitur. si cōdigna penitētia nō fuerit s̄secuta. Ex q̄
bus verbis colligitur. q̄ nō solū pugilis sed cōmunitib⁹ populi peccatis
exigentibus hoc euenerit Moroz adiecit mater misericordie. leua ocul
os tuos contra mare. Quod cum fecisset contemplata est p̄ixidem a pu
gile percussam in summitate fluctuū natantem. Que cum in tantum ap
proximasset vt posset agnosci ait. Ecce corpus filij mei. In loco enim
vbi diligiū ē. edificāda ē ecclā. Et debet ei tāta erhiberi reuerēcia. quomō
sepulchro dñico Hoc eccl noueris. q̄ ābo mōtui s̄c. Pugil scz & sacerdos h̄z
Pugil eo q̄ sine cōtritione obierit. sepultus ē in inferno. sacerdos h̄o te/

Distinctio septima.

De scā Maria.

netur adhuc in purgatorio. Retulit tamē nobis Theodericus prior de yesse elidez. Dugile quātū ad signa exteriora cum p̄ficeret satis magna habuisse orationē. Et credēdum ē beate dei genitrici. Hac visione cognita. dñs Theobaldus ep̄s Mōasterie ad cuius diocesiz maxima p̄ Trisia p̄tinet missis litteris suis p̄ ydīdam sancti Bernardi cellararii. Ic ipse nobis retulit. solēnem p̄uitalibus p̄niam iniūxit. Qx at insufficiens fuerit ex hoc pbatur q̄āno p̄terito denuo punita est Trisia multis m̄libus p̄ aquaz inundationes submersis. Matrona q̄dam p̄diles ex p̄dici pugilis domo. ecclesia edificauit. Ex h̄js que dicta sūt considerare potes. q̄z sollicita sit circa hominū salutē beata vgo Maria. cui tāta cura extitit de p̄tētia. Qx vo tribulatoꝝ sit cōsolatrix. sequentia declarabunt.

Cap. lll.

Retulit quidam mihi abbs de ordine nostro de sancto Thoma cātuariensi. qui nr̄is tēporib̄ martirisat̄ ē. q̄dā satis delectabile q̄d nec i ei' passione legit. nec i libris miraculoꝝ ei' repit. Cuz eēt i eius dioceſi ſacerdos quidā ydeota. nullam ſciens missā niſi de dñā noſtra. et illā quotidie celebraret. atq̄z apud eſi de hoc accuſaret. p̄hibi- tūs est ob honorem ſacramēti a beato ep̄ſcopo. de cetero dicere missas. Qui cū eēt in tribulatione et egeret. beatamq̄z viginem iugiter inuocaret illa ei appārēs ait. Nade ad ep̄ſcopū. et dic ei ex pte mea. quatinus reſtituat tibi officiuſ tuū. R̄ndit ſacerdos. Dña ego pauper ſum. q̄ pſona deſpecta nō me audiet. neq̄z mihi patebit accessus ad eū. Itā vgo ſubiūxit Nade. et ego tibi viā p̄parabo. Et ille. Dña nō credit verb meis. Reſpondit ei. Dices ei p ſigno. q̄z cū tali hora. q̄ in tali loco cilitiū ſuū diſſi- tū reſarciret. ego illud ex pte vna tenebā adiuuās eū. ſtatimq̄z eredet tibi Mane ſacerdos ſine impedimento intrans ad ep̄ſcopū beate dei genitri- cis reſerēs nūciū cum ille diceret vnde credam te ab ea missū. p̄dičiū ſignū de cilitio ſubiūxit. Quo audito beatus p̄tifer ſtupē ſimul ac pa- uēs R̄ndit. Ecce reddo tibi officiuſ tuū. q̄ p̄cipio tibi vt tm̄ missam de dñā noſtra tātes ac frequētes. orefq̄z p̄ me. **Apoloni**. Hatis miroz pi- etatē domine noſtre. vt ydeota depositio dignuz ſic defenđeret q̄ mini- ſterio tanto dignuz iudicaret. **Celarius**. Hoc actū ē ex ineffabili eius miſericordia. ſicut in ſequenti ca- pitulo amplius mirari poteris.

Capitulum. v.

Quodīc' q̄dā ſci Hereditis i Colōia. Harderard' nōie. vir nobil' oriūd' d Merēberch. paſtor erat cui' dā ecclē ſup ſluuiū logociā ſite vocabulo Perlar. Cum effet liberalis et multa conſumeret. nec annui ei redditus ſufficerent. putans iam dicte ſue ecclē vicariū m̄lēs

Distinctio septima.

De sancta Maria.

habere pecuniam cogitare cepit qualiter extorqueret ab illo. Hic est pro
sus hominē illitteratū assumptō secum decano. Limburgēn in ipsa dñic.
infra Epiphanie octauā cui⁹ officiū difficultimū est. cū se sacerdos prepa
rasset ecclesiā tanqz missā auditur intravit. Expauit ille visis tantis vi
nis ⁊ facta tñ confessione eo q̄ ignoraret officium diei. introitum de sancta
Maria. Tultū tuū deprecabuntur. inchoauit. Quem Harderard⁹ con
sudere volens. auctoritate cure pastoralis officiū diei incepit id est In
excuso throno. Cui cū sacerdos resisteret. cessit ille offusū se simulās. Fin
ta missa cū illū dure satis argueret. diceretqz. quale missam diristi hodie?
⁊ ille responderet de domia nostrā nōne bona fuit! adiecit Harderard⁹
alio sacerdote substituto. Et cū egeret pauper ille amotus compassa est
ei mater misericordie. nocte quadā. Harderardo dictis matutinis in ec
clesia sancti Geronis soli apparens. durius allocuta est dicēs. Ut quid
repulisti capellanū meū. auaricia tua ad hoc te instigante? Si nō celeri
restitueris. lingue officio a me priuaberis. Ille ad pedes eius corruēs
⁊ veniam postulans. omnē satisfactionē promisit. Mox mane directo nū
cio amotum restituit. mandans sicut supradictum est de sancto Thoma.
missam de sancta Maria quoqz die vellat celebraret ipsamqz pro su
is peccatis interpellaret. Adhuc enim idem sacerdos viuit ⁊ preest cui
dam monasterio sanctimonialiū. cui⁹ ipse iniciator extitit. **C**apitolius.
Bonum ē tali seruire domine. q̄ sic sibi seruientibus subuenit. **C**esarī
Non solum eos a quibus affliguntur monet et corripit ymo etiā que illo
rum sunt potenter defendit.

Capitulum. vi.

QEmpore illo. quo Baldewinus comes flādrie cū cruce signatis
Constantinopolim expugnauit dñs Papa Innocencius ordi lit
ter. suis mādauerat vt q̄ orage simā ptez oīum rerum suarū mo
bilium in succursum terre scē transmitteret. Ordo vero priuilegijs sibi ab
eius predecessorē indultis innitens ne libertatem concessam vertere vi
deretur in seruitutem. tam grandi exactioni subiacere non adquieuit.
Unde Innocentius furens in tantum ordini indignabatur. vt digni
tibus secularibus indulgeret quatinus possessiones ordinis si
bi usurparent. **I**n proximo vero generali capitulo abbates qui
eduxerāt spē suā i Beata dei gēitrice q̄ ordīs patrona ē et aduocata
ponentes. sc̄etes sētētiā male cōceptā ei⁹ p̄cib⁹ facile posse reuocari. sp̄a
les p̄eadez n̄citatē v̄lqz ad primū capitulū orōnes iniūxerūt. **H**oc etiā

Distinctio septima.

De scā Maria.

adūciētes. vt a capite q̄ dragesime nudis pedib⁹ de capitulo exesites. sep-
tē psalmos cū letania cātarent. Quod et fecimus. Interi beata ea dei geni-
trix virgo Maria. cui dā religioso nomine Reynero tā dicti Innocētij cō-
fessori appārēs. in hec vba eidē mādauit. Tu ordinē Cisterciensem cuius
aduocata sum ego. destruere conaris. sed nō p̄ualebis. Et nūl cūtius de
tuo malo p̄posito resipiscas. ego te et oēm potestatē tuā cōteram. Hūis
modi nūtio dñs Innocētius auditō. sciens Reyner⁹ vīz eē sāctū ac ve-
racē. timuit i tm̄ de cōcepto pccō penitens vt ordis p̄uselegia roboraret
adūciēs vt primo oīz negotia ordinis in curia expediretur. Quā intul-
gētiā cū tam sua bulla q̄z oīum cardinalium subscriptiōib⁹ cōfirmaret. et
vnuis tm̄ nigri ordis cardinalis contradiceret. ita in illū exarst. vt statu
eū amouere miareb⁹. Cūqz primo caplo prib⁹ n̄is inotuissēt. Christā ei⁹
q̄ genitricē de tā inopinata imutatiōe glorificates. oīones iniūtas eūz
grātiāz actione dimiserunt. Apollonius. Nō miror. si aduocatiā luez
tam potēs regina defendit. Cesarius. Nez dicis licet enim sit mater
misericordie nō tamē obliuiscitur

Capitulum. viii.

Quām nobilis semina dñia Mleydis de Molsberg. cū cōsensu mari-
ti sui Euerardi Burgauj quēdam allodia sua per inspirationē
diuinā ad nouā abbatiā ordinis nostri cōstruēdaz in manus do-
mini Heinrici abbis nostri libere et sine omni cōtradictione tradiūsset
et ante ipsius mortē dominus q̄ vocatur locus Marie constructa fuisset yi-
ti quidam nobiles ex ei⁹ co gnatis p⁹ ei⁹ mortē cōtra iūsurā dū veniētes
eādē nouellā plātacōez q̄rimonijs. minis. rapinijs. mltisqz alījs incōmo-
dis molestare ceperit. Scā vero dei genitrix vgo Maria eiusdē cenobij
domina et aduocata. sicut a multis dicebatur. h̄ apud filium egit. vt h̄e
ricus de molsbg. q̄ precipiūs videbatur obſideretur. vt supra vires dā
nificat⁹ de p̄prio castro eliminaret. De zegebergh vir nobilis a q̄ mltuz
dom⁹ p̄dicta verabat. a seruo suo satis misérabiliter occisus est. aliis q̄
dā ad ei⁹ depredationē p̄perās in via crepuit mediūs. Quā vindictā cū
audisset alijs qdā nobilis vn⁹ de coheredi⁹ venit ad locum timore cor-
repr⁹ dicēs. Una mea sancta Maria sint tua tibi parti ego mēe renunio
Wilhelm⁹ miles de shelpenstein ab uxore instigat⁹. que se heredē posselli
onū collataz dicebat. curte meliore inuadēs. frātres mlti. exp̄ēsis graua-
bat. Interi sacerdos qdā religiosus cōfessor ei⁹ nocte quadā in loco sēcē
Marie se p̄ vīsu trāspōsitu vidit. et tū qdā ex sacerdotib⁹ celebratur⁹ eēt
missā ⁊ a suō dīcto Wilhelmo ip̄ediret vir qdā nigerrim⁹ fuste illū p̄cussit
⁊ occidit. Quē vīsu cū ei fcitasset asserēs. eū i bīcui moritūz nūl a vera.

Nonemōachop cessaret. ille stimulis q̄tidianis vroris sue se vrgeri conq
 rens. nō acqueuerit osulēti. Citatus litteris papalibus cū eēt in violenta
 possesiōe. q̄ iudices cū aduocatis iam negotium diutius ptractassēt. tā
 dē pribus duos dies p̄fixerūt. vnū amicabile ad cōponēduz alteruz ad
 litigādum. Qui cū oponere nō possent. diecq̄ tres adhuc supeēnt ad liti
 gandū. Johānes de Horechim in veteri mōte cōuersus. prima nocte vi
 dit se in somnis eē in loco sancte Marie audiens viginē glorioſā clara vo
 ce dicētem. Oportet me recedere a loco isto. Dicēte cōuerso quo ibis do
 mina! R̄sūdit ad filiū meum conqueri de Wilhelmo de Helpenstein q̄ me
 nō sūnt quiescere in loco isto. Nane vero vīsionē referēs cellarario iā me
 morati Wilhelmi subiunxit. Sciat̄is pro certo. q̄ aduersarius noster cito
 morietur ppter couentū loci scē Marie. Cui subridēdo r̄ndit. Non curetis
 tñ vellemus eē absoluti ab eo. Qui post dies paucos pede truncatus. pe
 nā soluit irrisiōis. Eadē vero die cū Wilhelm' circa nemus spatiaretur.
 nisū portās sup pugnuz. a duob' seruis comitis seynēsis qui hominez sui
 iuris captiuū ducebant quē ipse excutere nisus est. lancea trāfossus ani
 mā protinus exalauit. Eadē hora obſessa qdā in villa que tr̄is dicitur a
 castro helpinsteyn satis remota. Ita cepit saltare. man' qz cū cachinno
 spiodere vt vir a duo deci posset teneri. Interrogata qdā haberet? R̄v
 dit. Modo in hac hora magister meus acq̄suuit tres animas. Noueritis
 wilhelmu de helpinsteyn iā occisū. **Nouiti?** Que fuerūt ille tres aie! **C**
Mōach? Occisi q̄ occidētiū sicut coniōcio. eo q̄ aiam mortui habuerit in
 re. alias duas in spe. Non multo post interrogat̄ dyabol' in briseke de
 aia eiusdē Wilhelmi p̄ os alterius femine r̄ndit. Magister meus habet eā
 q̄ ppter mōachos q̄s spoliauerat pice q̄ sulphure illā infudit. vslqz ad sū
 mū replēs. Iroz vero q̄ ad tm̄ malū instigauerat eū post breue tēp' a p̄
 uigno de castro cū liberis electa est. Nā cū sit inexpugnabile cū scalis no
 de intrās illā turpiter eiecit. iniuriā beate dei genitricis vīdicās. Ab illo
 tēpore vslqz hodie mōasteriū curte eandē quiete possidet meritis gloriose
 viginis adiutuz. **Nouiti?** Satis mihi iā pbatū ē. q̄ ipsa totius sit or
 bis cōseruatrix. tribulatoꝝ cōsolatrix. fida sibi famulantū defensatrix.
 Quā aut̄ peccatores p̄ illā illuminētur quod h̄js oib' salubrius iudico al
 quo mihi oñdi precor exēplo. **Monach?** Cū homo homini sepe pmaꝝ
 obtineat grāz mōto amplius B

C. viii.

Qanonius quidam sancti Cunberti in Colonia nomine Hēric'
 vita satis secularis. cū die quadam solus equitaret nubecula luci
 da viam ipsam eo intuente transuolauit vocemq̄ clarissimam de

.S.I.

Capitula distinctio. **D**e sancta Maria.

is sa nube audiuit. **C**fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Eratq; vox eadē tante dulcedis ut q̄t̄ies ei⁹ postea recordaretur lacrimis infundatur. Cūq; vocē hanc celitus demissā minus attenderet vel potius n̄ intelligeret nocte quadā p̄ visu se stare vidit in capella domus sue ante altare corā imagine b̄t̄e dei genitricis. Quā cū verbis angelicis solito salutaret r̄ndit illa. Ut quid me salutas? Homo p̄ditus es et n̄li vitā tuā emēdaueris citius peribis. Ego enim et Bñdictus intercessimus pro te. Qui cū sc̄daz hāc āmonitionē dulcedine vite secularis abstractus neglegret .circa tēp⁹ sex ebdomadarū tā graui infirmitate corruptus ē. vt in ungeretur. nec vlla eēt spes vite eius. Tunc demū ad cor reuersus q̄ quid audierit. qđ ve viderit recordatus fratrib⁹ q̄busdā Burgēibus ordinis Cisterciēn ad se vocatis se reddidit qui in proxio pascha monach⁹ fad⁹ est. meritisq; et precibus beate virginis se illuminatū vsq; hodie gloriae. **A**polloni⁹ Cui⁹ fuit vox illa facta de nube. et q̄s s̄esus eius? **C**esari⁹ Quantū ex iā dictis colligit. beate Marie q̄ sancti Bñdicti. Orabant. n. Christū. vt sicut voluntas eius est in celo id est in iusto. ita et eius voluntas que semper bona est fieret in terra. hoc est in illo iuuenē tūc peccatore. Nec mirari debes si peccatores per eam illuminātur. qz sicut nomē eius. ita et laus eius in fines terre. Maria enim interpretatur stella maris sue illuminatrix. Q̄ vero desperati et cōtra omnem gratiam indurati. per ipsam ad confessionem et veniam reparentur. presto sunt exempla.

Capitulum nonum.

In prouincia Partica domus ordinis Cisterciēn sita ē q̄ Trappa vocatur. In hac sicut mihi retulit dominus Henricus abbas de simeni asserens sibi recitatū ab abbatē p̄dite domus. contigit qđ diciturus sūt tunc temporis recenter gestum. Infirmatus est ibi monach⁹ vsq; ad mortē. Deputati sūt ei duo monachi ad seruēdū. Qui dū sil exissent et eger solus iaceret. ingressi sunt duo tetri spirit⁹ iā angulo dom⁹ stātes Cōplosis aut manibus cachinnātes dicebant ad inuicē. Cras hora tertia deducemus cū magno gaudio animā huius ad infernum. Mor infirmus tremere cepit atq; pallescere. maxie propter remorsū osciente. Cōmiserat enī an conuerzionē peccata quedā grauia. q̄ yetāte erubescētia ɔfiteri nō potuit neq; clericus in seculo. neq; nouitius. neq; monach⁹ in monasterio. Pauēs vero et circūspiciens cōtemplatus ē in angulo opposito matronaz pulcherrimā. in hec vba demōibus cachinnātib⁹ r̄sidetē. Nolite nimis gaudere. ego illi dabo ɔfiliū qliter dentes vestros euadat. Post qđ v̄bū vīlio ois ministris intrātib⁹. Disparuit. Cōsiliū autem

CSeptima distinctio

CDe sancta Maria

Intelligēs confessionē matronā vero sanctā dei genitricē. quā in tāto pieū lo vt opinor inuocauerat priorē vocare fecit. cui oia sua peccata meriti. beate virginis adiutus plene ac deuote offitēs. et vt eadē abbati q̄ tunc presēs n̄ erat reuelaret. supplicās. oleo sacro inunct' et dñici corpori. sacra mero munit'. hora a demonib' p̄dicta sub spe venie spiritū exalauit.

Capitulum .e.

Simile beneficium cōsecuti s̄t duo paupes **D**arijus a beata virgi ne. sicut mihi retulit **L**ambertus moach'. qui eodē tpe ibidē dic se studuisse. Cunqz collecti fuisset in hospitali. qd̄ sitū ē āte ei' ora torii in p̄adiso viro enīdā religioso eiusdē hospitalis mistro ipa virgo benignissima cui cura ē de omnib'. apparere dignata ē dicēs. Bone vide vt diligētia ac custodia adhibeat illis duob' qr̄ in piculoso statu sunt q̄ demones cū multa sollicitudine circueunt quomō eis noceat. Qd̄ cū indi rasser sacerdoti. et ille eos ad emūdationē oscīetie hortaret semel ac secū do nec p̄ficeret. tandem subiūxit. Miseri ego noui vos eē i peccatis grauis simis citoqz moriemini. et nisi cōfessi fueritis intrabitis gehēnā. penis et nālib' cruciādi. Illi vero territi. et qd̄ credibili' est precib' beate dei genitris illuminati. peccata sua cōfessi sunt. moreqz **C**hristiano deceđētes. de monib' luctum et lant̄is angelis gaudium ficerūt in celo. **C**ap. **A**polloni'. Valde letificat ista. **C**esarīus. Non solū peccatores fidē sine opibus habētes. p̄ ipsā vt p̄batū ē illuminatū uno etiā apostate a fide quod si gnū ē maioris misericordie. per eā Christo recōciliat. De hoc habes mā nifeste exēplum in distinctione secūda capitulo quadragesimo scđo de iu uene qui iuxta Floretiam Christū abnegās et dyabolo se reddens. eius scibis puenit ad indulgētiā. **C**apollonius. Simile legit̄ de Theophilo alexandrino. Quia iā sermo satis p̄trad' ē de bñficiis eius circa peccatores. p̄cor ut exēplis mihi oñdas quātis et qualib' per eā iusti reuelationib' cōsolentur. **C**esarīus. Quam mirifice iustos sibi seruientes scā dei genitris osoleat ex paucis que subh̄ **C**ap. **iij**

Ausa extitit. vt qdā ex abbatib' ordī p̄ negotio ordī ad Hēricū spatorē filiū **F**rederici mitteretur. inf̄ q̄s p̄cipu' videba tur tā scītate q̄z dignitate. dñs **P**etr' monocul' abb clarcuall' cuius mētio habita ē in distictiō sexta. c. xi. Et qr̄ dñs **C**isterciēi p̄ p̄pria p̄sōa veire si potuit. p̄orē p̄ se misit. Venientib' eis spireā cū in ecclia btē dī geitrii. cui' structura stupēde magnitudis ē. orasset. cūctis ocl' ab oroe surgetib' et eiusdē ecclie edifica cīculustrādo cōsideratib'. iā dñs **N**e/ .S.Z.

Capitula distinc*ti*o.

De sancta Maria.

tr*cui* cogitat*q* delectatio nō fuit in edificijs corruptibilib*.h* instru*ta*
*I*hr*p*z celestis i or*o*e p*se*uerauit. Tadē oib*'* egressis cū i porticu eccle*s*
a caonicis honorifice fuisset salutati. *q* cū instātia multa ad prādiū inui*tati*.req*s*itū ē a qdā abbe. i cui*'* hono*e* eccl*a* eēt *se*crata. R*en*dētib*'* cleric*e*.
i honore d*n*ie n*r*e. abbas Clareuallis incōsiderate b*u*ixit. *q* ego sciebam.
Qd*v*b*u* prior Cisterci considerans tunc qdē tacuit. *h* mox vt egressi sc*ie*
*c*iu*it*atē eiusdē v*bi* recordatus ait abbi. D*n*ec abb dicite m*h*. *Vñ* sciebat.
*S*pirēse mōasteriū i honorē d*n*ie n*r*e fuisse consecratuz*.I*lle de v*bo* pro*lato* dolens. R*en*dit. v*is*u est mihi b*n* decere. vt tam mirifice struture pa*trona* foret mater dei *q* celoz*z* regia. Prior b*n* cognoscēs ei*'* sāctitatē et
*q*z aliquid sibi in eccl*a* reuelatū fuisset ex respōsiōe con*h*ic*ies* adiecit. Ego
*s*in hac via vicez gero d*n*si abbatis Cisterci*en*. in cui*'* auctoritate vob*pre*
cipio. vt nō mihi dicatis nisi veritatē. Tūc ille obediētia artat*'* cū vere/
*cū*dia r*en*dit. Q*n* prostrat*'* corā altari pro peccatis meis *q* vie negligē*ch*s
*attenc*i** oraui. ipsa br*a* v*go* Maria mihi apparēs. b*n*dictiōez quam ordo
*n*oster sup redeūtes de via dicere i*sue*uit. sup me dedit in hec v*ba*. Om*n*ipotēs lēpiterne deus. miserere huic famulo tuo. et q*c*quid ei*'* in via b*ri*/
*p*uit. v*is*u aut auditus male rei aut ociosi sermōis. totū ineffabili pietate
*x*piciat*'* indulge. per Christū d*am* nostrū. Hec m*h* relata sūt a q*d*az abbe
religioso ord*is* nostri. in cui*'* domo idē Petrus sepius visitauit. Ex bene
*d*ictiōe ei*'* intellexit ē ibidē fuisse patronā. **A**polloni*'*. Felix oratio per
quā tante virginis meretur b*n*dictio. **C**esarīus. No solū orātes. sed ec*ce*
psallētes sua b*n*ditione cōsolari cōsueuerat.

Capitulum. xiiij.

HEnricus ouersus in Hēmerode. cui*'* memini in distinc*ti*oē q*nto*
cap. q*nto* loquēs v*dem*ōib*'*. sepius i solēnitatib*'*. marie gloſā v*ginē* inter psallētes videre cōsueuit. Que nocte quadā ipso intu*te* de choro mōacho*z* veniēs. dei filiū er*se* natū in brach*j*s gestās i cho*rū* egressa est ouersoz*z*. ex more abbis fratres excitādo circui*es*. an q*d*ā
qui i oratione vigiles erāt et deuoti gradū fixit. filiū eis o*nd*ēs ac b*n*di*c*ēs
deuotioni illo*z* congratulādo. Epidos autez*'* dormiētes celer*'* p*trā*sūt nil solatiōis eis ipēdēs. Singulos vero ouersos in illa celesti cir*cuitiōe* visitatos. nec nō et neglectos p*dict*' ouersus diligenter notauit.
singulos d*ño* Hermanno tunc ibidem priori. nunc loc*m* sācte Marie abbi
nomiati er*p*mēdo. Hec ab ei*'* ore audiui. **A**polloni*'*. Simile recordor
te dixisse i p*ma* distinc*ti*oē. c. tricesimo q*nto*. de Hōdefrido mōacho vitari
ēs. **C**esarī. Tāta caritate v*go* sibi deuote fāulātes cōpletū. vt n*l* solū

Septima distinctio

De sancta Maris

orātib⁹. nō soluz psallētib⁹. sed etiā dormientibus benedicat.

Capitulum xiiij.

Dñe quadā cū ouersus p̄fat⁹ sedens in lecto suo in infirmatorio et ceteris dormiētibus dicēs orationes suas. vīdit dñam nrām eandē cellulā in magna claritate intrātē. monacho quodā quem noīare nolo p̄cedēte. matronis duab⁹ subseq̄ntibus. Supra cui⁹ caput cū manū posuisset. lectos infirmoz plurimās. et dormientibus benedicēs. ite rū ad eū rediens māuq̄ sup caput eius scđo posita. sic ait. De⁹ bñdicat quicqđ hic manet. sicq̄ egressa ē. **Apolloni⁹.** Si sic dormientes noctib⁹ a speculo totius castitatis visitant. Valde decet vt tā ordinate et tā cōpositae religiosi in lectis suis iacere studeāt. vt virgineus aspect⁹ in eis nō offendatur. **Cesarius.** Juste moueris Referam tibi de hoc exemplum quod me audisse recolo a magistro meo in probatione.

Capitulum xiiiij.

Monach⁹ qđā sicut frequēter cōti git cū nocte quadā dormire nō posset diceretq̄ orationes suas cōtēplatus est in dormitorio fermā miri decoris que dū dormiētū lectos circuiret singulis bñ dixit vno tantū monacho neglecto. quē nō respicere curauit. Hunc vigilans diligēcius notās cū visio ei fuisse intimata mane oſfessus ē in eadez nocte inordinate iacuisse aliquid sibi de rigore ordinis relaxādo. Nō m̄ dicere potuit magister meus. ytrū cingulū deposuerit vel caligas dimise rit siue tunicā denodauerit. **Apollonius.** Si pro culpa tā modica mōa chus iste gratia benedictionis priuat⁹ est puto eū dignū eē pena qui inordinate et impudice iacere dormiēs oſheuit. **Cesarius.** De hoc terrible sat. habes exēplū in distinctione quita capitulo tricesimo q̄nto. de ouero quē dyabolus impudice dormiētē in forma monialis deosculabat q̄ mox infirmatus infra tridū mortuus ē. Dormientes enī ⁊ peccare possumus ⁊ mereri. Que enīz vigilando cogitamus. siue ad que mouemur siue bona siue mala. eadem nobis sepe per somnia occurruit sicut cateria dū trahit ⁊ iactatur. pulsus pulsū ipellit. ita in dormiētē precedēs cogitatio. motus siue cōsenitus op⁹ bonū vel malū ducit. **Apolloni⁹.** Plaç qđ dicis p̄cede nūc de p̄olationib⁹ iustoꝝ.

Capitulum xv.

Cesariu s.

Supradictū ouersū Hēricū mōach⁹ qđā vite laudabilis nomen p̄dere nō licet obnixius rogauit vt beatā dei genitricez interpelaret cū ab illa visitaret. Qd cū p̄misisset ⁊ die qđā dicto opleto

.S. 7.

pro oratorio Bragie cui magister erat p ipso preces fuderet apparuerunt orati tres matrone mire pulchritudinis. Quod quaz decorum dum supererit. et quod nam eent vel vnde venirent intra se miraretur una ex eis cogitationibus suis respondit. Ego sum Maria magdalena. hec est universali dñia dei genitrix virgo Maria dixi ea demonstrans. Tertia vero Elisabeth. Et adiunxit Tu oras pro monacho illo nomine eius exprimes magis enim idiges ut ipse oret pro te. Sicque disperguntur. Super eiusdem monachi caput cum adhuc eet diaconus et euangelium legeret ad missam idem conuersus columbam vidit descendente et usque ad finem letationis ibidem manetez.

Cap. xvi.

In eodem claustro monachus quidam fuit predicto duero Henrico contemporaneus nois et opere Christianus. Istius multis modis domina nostra consolari consuevit secreta sua illi manifestans. Huius beati vivi videlicet qualis ante questionem fuerat vel post inquietum scire potui succincte tibi perstringam. Non alia de illo referam quod ea que a religiosis viris quod eum viderunt et nouerunt michi dicta sunt. Cum adhuc esset scolaris et scolas visitas per puericias discuteret. nocte quadam in domo cuiusdam mulieris hospitabatur. Cuius filia cum haberet caput scabiosum et instaret adolescenti ut si aliquod contra illum morbus nosceret sibi diceret. asserens multa experientia scolares scire et ipse negaret illaque neganti non crederet tandem importunitate eius vinctus ut se ab ea liberaret. Redit. Decipe barbam tuam fuligine et sal. et fac ex eis vnguentum. De quo mori ut filie tue caput perunkeris melius habebit. Que cum eidem morbo eent contraria fecit tamen malefici edocita fuit. et puella citius non propter medicinam sed propter scolaris simplicitatem ut opinor plene dualuit. Alio tempore eius in domo quadam sibi ignota dormiret. et propter necessitatem nature solis femoralibus induit surgeret dyabolus in specie nude mulieris illi accurres dorso eius nudo insiliuit. Quia cum nullo conatu de dorso suo excutere posset. sic usque ad temporem matutinam circundando manum talium corporis quam metis incurrit defectum. Ordinatus in sacerdotem factus est capellanus coitis Losensis in castro eius missas celebrans filius vero Christi sciens illum virum esse simplicem et timendum ut eum terroreret usque pelle se circumdebet et more bestie super pedes manusque iecides ad solum in capella sedetem sic venit rugitus altera illum emittens. Quo viso Christianus territus et pene extra metem factus arrepto cultello tam valide illum collo iuuenis infixit. ut rueret pene mortuus. Qui cum modicu[m] respirasset. timens vite sacerdotis ait Fugite domine Christianae quod filium Comitis occidistis. Mox ille erit fugitus et cum venisset ad portam castri dixit hostiario. Operi et sine me fugere. quod filium Comiti occidi. Mides quantum simplicitas Stati ut hec innotuerint. parentes et familie

planterunt valde ad periculum tamē iuuenis Christianus reuocabat culpa
ignoscitur cōtra spē vulneratus citius dualescit. **E**ppe quodā cū omēda/
tionez hominis faceret mortuus ille surrexit. **F**ugietib⁹ oibus q̄ aderat. fu/
git ⁊ ipse Christianus venitq; ad flumini qui nō lōge aberat. **Q**uē mortuus
seqñs clamauit p̄ tergū ei⁹ dices. **D**ñe ē mihi domi aries optim⁹. tollite
illū ⁊ orate p̄ me sicq; ad feret⁹ de quo exilierat reuersus mortuus ē et
sepult⁹. **H**abebat autē p̄ter predictam capellaz ecclesiā legitimā cui⁹ pa/
stor erat ad quā quotiēs ire debuisset. flumini quēdā trāsire habebat. **Q**ui
cū minor ēēt equo vectore illū transuadabat cū vero inundasset nauigio
transibat. **Q**uodā igitē tēpore cū ad flumini de more accessissz maiorez q̄
creiderat repperit. **P**ropter qđ cū se et equū ei⁹ omittere non auderet. et
nanicula deesset paululūq; quid faciendū esset deliberaret. ecce appārēs
ei bñā Maria magdalena. apprehendit eū de vestimēto supra collū. et i v̄l
teriorem ripam depositit ita vt erat in equo sedētē letus itaq; ad ecclesiā
puenit et diuina celebrare exorsus est nullū habēs adiutorē nisi rusticū ec/
clesie custodē. **B**eata vero Maria magdalena q̄ mirabiliter eū illuc p̄du/
xit. misse ei⁹ interē nō refugit. **N**am quotiēs se vertebat dicendo. **D**ñs
vobiscū vidit matronā reuerēdissimā in oratorio deambulātēz. **I**n qua
nullū sciēs ēē mortalū nisi p̄dictū custodē. eundē missa finita cōuenit. in
rogās si aliquid vidisset. **I**pse autē etiā se eā vidoisse asserebat. **Q**uia teste
scriptura dignū est vt iust⁹ iustificetur adhuc. et sanct⁹ sāctificetur adhuc
cōsiderās venerabilis sacerdos mūdi picula. dyaboli tētamēta carnis i
cētiua diuina gratia iſpirāte mūdū deseruit et religiōis hitū in hēmerode
suscepit. **D**ie quadā in solario p̄batōis in orone iacēs et de corpis sui i
bēcilitate ordī districōne penisq; purgatorij tedere cepit et more mira
bili qđā virtute aiam suā a corpe separari sensit. **M**udit et sepulch⁹ ope mi
risco corā le opōitū. **E**t ecce scā dei gētrix i claritate maria cū multa tur
ba virginū p̄ fenestrā eo vidēte igrella ē. **D**ictū est q̄ ipsa esset mulier de
Nazareth q̄ corp⁹ exanime sāctotis a capite leuās et Frederic⁹ impa
tor auus h⁹. **F**redēici q̄ hodie iperat a pte pedū reuerēter illō tumulaue
runt. **D**einde beata virgo cū multitudine angelorum obsequentiū qđ ce
lestia rediēs animam tumulati demonū cateruis sequentibus ac massas
igneas post eam sufflātibus secū duxit. illesamq; custodiuit. **M**ulta tñ
ad quendam ignem maximum edocta est ab angelis q̄ post mortem il
lic esset redditura et ignem eūdem transitura. **R**epente se corpori restitutā
inuenit Demon illius transitionis et causa. nemini aliquid dicere voluit.
Testatus est autē animam suam vbiq; fuisse occultatam. et tante scientie
q̄ diu exuta fuerit a corpore vt post suscitationem cecitatis sue caliginē

.S.2.

Septia distinctio.

De sancta Maria.

miraretur. Interrogatus de formis angelorum sive demonum. respondit angelos se vidisse in specie pulcherrimaru auium demones vero in effigie coruorum. Hic recordor dicti cuiusdam cui anima nuper educta fuit a corpore et reuersa. Anima inquit educta a corpore quando non est reuersura reliquias animas sive spiritus angelicos videt. Quando vero reuersura est ad corpus non ei datur alias sive angelos coteplari nisi sub aliqua similitudine quod lumenmetis propter viuetes. Apollonius Satis videt istud esse probabile. Sed quid signat quod predictum sacerdotem domam nostram cum iperatore Frederico tumulauit? Cesarius Sicut mihi retulit prefatus Walterus quod huius tumulationis solutio est cum maximo labore et hoc secretissime ab eo elicere potuit quantum beata virgo illum dilexerit vel quantum meriti apud deum fuerit. per eandem visionem ostendit. Ac si diceret nullus in regno terreno Frederickus cesare qui nunc imperat dignior est. nec ipse tamquam postare obsequium sepulture tue dignus est. Ita ipse intellexit. Demones vero in diuersis formis sepissime vident hominum videlicet animalium reptilium sicut in quita distide memini me plenius dixisse capitulo. vi. Qui tempore quodam cum staret inter alios ad horam sextam. vidit mensam in medio chori stante decetissime preparata. Lenientes autem tres viri decoris maximi indumenta sacerdotalia aportauerunt et explicantes ea super mensam ei presentauerunt. Alio itidem tempore cum initio laudum psalmus. Deus misereatur nostri decetatur. Vidi dexteram dei super medium chori dantem benedictiones super conuentum. Ob quam causam accessum est fratribus conuersis in minoribus festis illum psalmum semper audire. Apollonius Miror quibus meritis vir iste ad tantam peruenit gloria! Cesarius Virtutibus animi maxime caritate videlicet simplicitate. humilitate et his similibus In his enim consistit regnum dei non in sermone vel labore corporali. Predicare autem seu manibus laborare sine virtutibus ad modicum valet. Tante siquidem fuerat humilitatis ut si aliquem monachorum obuium habuissest complicatis manibus se contraheret. et ne illum ueste tangeret in partem declinaret. Requisitus de hoc respondit. Ego sum peccator et non sum dignus ut hos sanctos viros tangam vel tangar ab eis. Duos siquidem filios ante conuersionem in iuuentute genuerat non tamen legitime Henricum videlicet de Vilario virum sanctum de quo est dictum in quarta distinctione capitulo tricesimoprimo et Johannem monachum de clastro qui adhuc superest. Apollonius. Quid est quod maiorem in huiusmodi reuelationibus gratiam videmus impedi peccatoribus et lapidis post penitentiam? Cesarius. Ibi superabundauit delictum ibi frequenter superabundat et gratia et sit hoc ex ineffabili misericordia dei. ne vide

Distinctio septima.

De sancta Maria.

licet lapi propter peccata commissa desperet et ne innocetes de sua supbis-
ant innocentia. **S**edente me tempore quodam in conuentu sanctimo
nialium ordinis nostri cum de huiusmodi visionibus conferremus vna
ex virginibus dixit ad me. **V**idete q̄ deus talibus secreta reuelat. et
non nobis vnam digito demonstrans quam non virginem venisse ad
ordinem suspicabantur. **E**ui ego respondi quod iam supradixi hoc
adūciens vos forte eandem gratiam ascriberetis virginitati vestre. et
vult deus magis vos esse humiles quam virgines. **B**ene intellere
ram non sine superbia eam verba protulisse. **O**x talium mentes quando
q̄ virtus virginitatis extollat ex verbis cuiusdam alterius sanctimonii
alis tibi plenius referam. **C**erte inquit nō ero similis ego que virgo sum
viduis que filios et filias genuerunt. **Q**uantum cum deo humilis vir
ginitas placeat et quam mirifice sua illius secreta reuelet sequentia ca
pitula declarabunt. **A**pollonius. **N**emini te superius dixisse meritum
magis consistere in virtutibus animi q̄ in operibus exterioribus. **U**t
quid ergo quotidie mortificamur orando. legendo vigilando. ieunan
do cantando. et manibus laborando! **C**esarius. **H**ec omnia sine
merito vite eterne fieri possunt motus autem ad virtutem nunq̄. **Q**uic
quid sine caritate et ceteris virtutibus fit mortuum est. **A**udi ergo
utilem distinctionem ex regulis theologie per quam cognoscere poteris
penes quid meritum consistat. **M**eritum vero consistit penes gratiam
efficaciter. penes liberum arbitrium occasionaliter. **P**enes virtutes for
maliter. **P**enes motus virtutum essentialiter. **P**enes opera virtutum
ut est oratio et reliqua paulo ante a te enumerata instrumentaliter. **P**le
nius tibi hanc distinctionem exponerem si non ad eas que adhuc super
sunt huius beati viri visiones festinarem. **Q**uodam tempore cum gra
uiter infirmaretur et a ministro ut aliquantis per gustaret rogaretur
dixit q̄ septem dies transissent in quibus singulis visitationem domini
nostrī et dulcissime matris eius accepisset de quorum visitatione tam dul
citer et refectus q̄ nulluz cibi vel potus haberet appetitum. **O**lio itidem
tempore cu egrotaret infirmitate peremptoria et filio suo predicto Johāni
quodā visiones recitaret. cognoscens hoc dñs Heuardus tūc ifirmari?
ibidem postea abbas noster a quo hec audiuit ad priorē currit et qz
dominus Christianus quedā mirifica filio suo recitaret nunciauit. **M**ox
prior ad illum veniens et coram ipso sedens si aliqd loqui vellet de confessi
one ex industria interrogauit. **C**ui cum responderet confessionem feci.
subiunxit. Rogo ut aliquid mihi dicatis ad edificationem. **T**unc ille.
Quid dicā vobis? **J**am n. dñs nostra fuit ante me cu filio suo qz horas

Distinctio septima.

Descā Maria.

meas ob corporis ibecillitatē dicere nō potui. i pī me iuuerūt. Quasdā ho
ras speciales dicere osueuerat. Uniuersa hec audiuit p̄dicit̄ Beuardus
post tergū prioris sedēs. Interrogat̄ etiā qualia haberēt vestimenta r̄n/
dit Cucullas sicut q̄ nos In tali n. habitu se ei r̄ndere dignati sūt quālē
ille p̄ eis suscep̄at. T̄icqz sine beato decedens ab ipsis recept̄ est. a q̄bus
moriēs fuerat visitat̄ q̄ i eter
Cap. xvij.

Puper mōach̄ quidā ordī nostri Adā nomine p̄ nos transiens
inter cetera mirifica quedā de dñā nostra nobis recitauit q̄ i suo
mōasterio veraciter cōtigisse testabāt̄ ex qb̄ autē duo p̄feram
reliqua locis cōpetētibus reseruabo. Nocat̄ autē dom̄ ei Lucha. q̄ est si
ta in saxonīa Et ibi custos vir bonus et religiosus. Qui cū nocte q̄daz
oratoriū intraret āte matutinas dñam nostraz tanqz oratoriū patronaz
sup altare in multa gloria residere osperxit. De q̄ visione valde letificat̄
est sperās ministeriū suū illi placere. Alio vero tpe cū ostia oratoriū resera
ret venissetqz ad cācellos vbi hospitib̄ stare mori. ē dyabolū super fere/
trū in effigie hominis nigerrimi iacere vidit. Qui cū se signaret nec ille fu
geret mori vt p̄pius accessit fantasma euanuit. Tunc ad cōfusionē dyabo
li sup ipsū feretrū se cōposuit tā diu in eo iacēs donec septē psalmos pen
tētiales de
cantasset.

Capitulum xij.

Huius quidā ex mōachis eiusdē loci vir tanta gratia dignus. no
ste quadā dñam nostraz vidit choz psallentiu cōciuire q̄ singulo
rum mōachoꝝ vultus detegere. duob̄ tamē neglectis. ex quib̄
vnus mori icurrit Apostasiā. de al
tero q̄d adhuc futuz sit ignoratur.

Capitulum xii.

Teodē cenobio mōachus quidā nocte quadā putās i oratorio
nolā ad matutinas eē pulsatā cū multa festinatione surgēs ora
toriū intravit. veniensqz ante presbiteriū circulū nimic claritatis
ad instar iridis formatū i aere super altare conspexit. In quo dei filiū sal
uatorē n̄m cū matre br̄issima cōreplat̄ ē. q̄ circa ipos ex di pte m̄stitudi
nē scōz illoꝝ marie q̄z i eccia reliquie cōriebāt̄. Nouerat n. illoꝝ noia. eo
q̄ qñqz ibidē fuisset sacrista. Nec m̄ stat si idē eēt q̄ supra. Statē eo in lo
co p̄dito ait dñia n̄ a duob̄ āgel̄. Adducite eū ad me. Quo scō cū litter
as i circuitu corde bē dei gēitricl. scriptas legere iubere. nec possz ait il
la āgel̄. Deponite eum ad terram ibiqz petens veniam dicat angelicaz
salutationē. et reducat̄. Quod cū factū fuisset et adhuc easdē litteras mi
nime legeret. Tertio eodē modo depōit̄ q̄duat̄ litteras q̄dez legere et

Distinctio septima.

De sancta Maria.

Intelligere potuit. sed ne scripturā vlli hominū proderet iterdictū acceptū
Quo ad terrā ab agelis depōito dispuit hec visio. **A**polloni⁹. Miroz sū
sic domina nostra visitet pfectas feminas quomodo viros. **C**esarius
Dō ē apud ipsā differētia. femina nata ē ūniuz virop caput xp̄m ex se ge
nuit. Ut rūq̄ sexū isolatur et visitat ytricq̄ sua secreta reuelat. **H**oc eē ve
ruz magis ubi oñdaz exēplis q̄ verbis.

Capitulum. xx.

Tregno Frācie villa que Quidē dicitur. virgo quedā fuit nobi
lis et religiosa sed paralitica. **H**uic pater suus vtpote vir magn⁹
q̄ diues sacerdotē qui ei diuina celebraret instituit. ministros an
nuosq̄ reditus sufficiēter ordinauit. Que cū oratiōibus. ieunijs et diui
ne cōtemplationi operam daret ita illaz dulcedine est pasta vt omnis ci
bus corporalis ei in nauseam verteretur. nec aliqd ex eo sumere posset nisi
succum modicuz vuarum **H**ospitalis erat valde. per quā et spūm meruit
xphetie. **O**rdinē nostrū sūmo honore reuerebatur et hoc ei sepissime con
tigisse fertur vt cum aliqui monachorū siue abbatis ad eius hospiciuz di
uertere proponerēt. illorum adūētū ipsa prescribet. atq̄ in hūc modū hy
laris familie prediceret. Tali ac tali die illi et illi abbates siue mōachi ad
nos venturi sunt. preparate necessaria. Quod ita factum ē. **V**isionē quā
daz mirificā de ordine videre meruit que in ordinis amorem illam pluri
mū accēdit. Tempore quodam capituli generalis in ipso capitulo scalaz
mire pulchritudinis vſq̄ ad celū vidit erectam. dominūq̄ innirum scale
super capitulū respicientem cuius latera q̄ gradus tanti splendoris erāt
vt solares radios superarent. **A**pollonius Quid tibi aut̄ significasse vi
detur hec visio? **C**esarius Licet omnia qui in eodem capitulo tracta
bantur de abbatibus qui ex diuersis mundi partibus illuc confluerant
diuina inspiratione fierent. Haud dubium tamen quin sancti angeli de
scendentes et ascendentēs eadez christo ob cuius honorem siebant nun
tiarent. **A**pollonius. Videtur mihi sancta hec virgo in visione hac
santo Jacob patriarche equalis quem similem visionem in Bethel scri
ptura vidiſſe commemorat. **C**esarius. **J**uditio humano videtur hec
visio illa superior eo q̄ illa facta sit in somnis ista vigilando in excessu mē
tis. Sequenti capitulo cum relata fuisset hec visio abbatibus exultantes
in spiritu sancto siebant. **H**ere terribilis est locus iste. nō ē hic aliud nisi
dom⁹ et porta celi. Alio tēpe cū die purificationis. dñe nostre clericis alii
līq̄ misstr. diuino nutu absētib⁹ sola iacerz itra se trist⁹ dicebat. Modo h̄ so
la iaces. nec aliqd obsequi moē ecce vniuersal⁹ hodie br̄e dī gēitrici ipēdis

Distinctio septima.

Descā // Maria.

Dum talia in mente volueret. spiritus eius mirabili dei virtute de corpore eductus ab angelo in celestem Iherusalem est deductus. In qua maximam vidit processionem ex diuersis eiusdem beate civitatis ordinib? patriarchis videlicz prophetis. apostolis. martirib? cōfessorib? viginib? ceterisq? fidelib?. Ex quibus bini ac bini simul incedebat et cādelas aroētes in manibus gestabat. Antiphonas siue respōsoria ad diem p̄tinētia more ecclesie militātis omnes decantabāt. Stacōes debitas obseruabant Angelus vero virginis duxit alteri cui dā virgini quā nouerat esse consimilis meritū illā sociavit. cādelā porrigens ardētē. Tāt' erat decor oīnū tanta glā. in dispari tamē claritate singulop? vt nulla lingua fari sufficeret. Salvator vero qui caput ē omnīi sanctorū splendor glorie. q̄ sol iusticie induitus pontificalibus mitram gestans in capite suo cum baculo cyrothecis. et anulo. et reliquis episcopalibus ornamētis. nouissimū locum cū matre tenebat. Cuius pulchritudinē omnis celestis exercitus mirabatur. Qui cū post tertiam stationē inchoasset antiphonam. Hodie beata virgo Maria puerum Ihesum et cetera ingressi sūt templo ex auro gemmis constructum. Deinde inceptus est missē introitus ab omnibus simul decātatus. Interim Christo introeunte ad altare postq? expletū est Iki ri eleysion a choris alternatim post Gloria i excelsis deo et cetera quod ipse inchoauit. beatus protomartir Stephanus epistolaz legit de libro Malachie prophete. Sanctus vero Johannes euangelista dalmatica induitus legit euangelium secundum Lucam scilicet Postq? impleti sunt dies purgacionis Marie et cetera. Quo perlecto dominus secundum mōrē ordinis nostri. ad graduz rediit et ab offerētibus candelas suscepit. Pre dicta autē virgo per spiritum sentiens se ad corpus reuersuram candelaz suam offerre noluit etiam angelo suo precipiente volens illam secum ad terras portare. Quod angelus considerans. candelam in manu eius frēgit superiorem partem auferens. et inferiorem illi relinquens. Sicq? ad corpus reuersa partem eandem manu cōclusam se retinuisse inuenit. De qua autem plurime siebant et forte usque hodie sunt virtutes. Nam aquā superflua infirmi bibunt et conualescunt. Tāz manifesta et sublimis erat visio vt modum eius minime intelligeret. dicens illud Apostoli cum de ea interrogaretur. Siue in corpore siue extra corpus. nescio deus noscit. Dominus Eustachius abbas de clauistro visitator noster. audiens hāc visionem quibusdam abbatibus referentibus desiderio veritatis cognoscere virginem principaliter adiit. et ab eius ore que dicta sunt audiuit. Apollōi. Nō possū visionē Ap̄li huic p̄ferre. q̄ se usq; ad ētū celū rapū fuisse testat. Cesari. Nostī qd̄ sit ētū celū. Apolloni. Nō Cesari.

Distinctio septima.

De sancta Maria.

